Reg.ne 2.da Cass.e C. Cart.a X n.o 8

N.o 5

Sic ut infra regr. in Abbrs mei Not.ii Infri Coll.

IN Nomine Domini Anno à Nativitate eiusdem millesimo sexcentesimo quadragesimo nono Indictione tertia die Veneris tertio mensis Septembris ——

1649. 3. Septembris. Clerici Hieronimus, Federicus, et Bernardus fratres de Mediolano q.m Allexandri habitantes scilicet dictus Hieronimus in loco Cassani Magnaghi Plebis Galarati Ducatus Mediolani, Federicus in P. V. P. Sancti Ioannis supra murum Mediolani, et Bernardus in P. R. P. Sancti Nazarij in Brolio Mediolani, et quilibet ex ipsis in solidum, ut infra ——

Voluntarie &. ——

Et omnibus modo & ——

Fecerunt, et faciunt, et quilibet ex ipsis in sol. ut infra

fecit et facit venditionem titulo dati in solutum ad proprium, et prout melius ——

R. Georgio de Clericis f. q. Christophori P. C. P. Sancti Prothasij ad Monachos Mediolani presenti, et acceptanti pro se et suis et cui, et quibus et non recedenti a primevis suis iuribus, sed illa retinenti sana, integra, et illesa ad effectum illis utendi in casu cuiuscunque evictionis, vel molestię, quę sequi, aut dari posset super infrascripto reddito, et pristinas actiones intentandi, tam agendo quam excipiendo, et non aliter, et citra tamen recessum ab eis, et aliis obligatis, sic expresse etiam consentientibus ipsis fratribus venditoribus ac infrascripto Ioanne Ambrosio de Mediolano in solidum obligato ut infra ——

Nominative de illo restanti annuo reddito librarum

centum quinquaginta duarum ß 1 imp. nunc vero attenta reduct. librarum centum unius ß ii d. 3, et capitalis librarum duarum mille triginta unius ß 1 olim per Comunitatem, et homines Burgi Legnani in maiori summa constituto, et vendito n. q. M. R. Io: Paulo de Mediolano cond. pro certo precio librarum sex mille imp., prout dixerunt apparere instromento rogato a Ioanne Petro Zucchio Mediolani Notario anno et die in eo contentis, cuius nox in ipsum q. Allexandrum obvento in divisionibus inter eum, et n. q. Antonium eius fratrem sequutis apparente ut dixerunt, instromento rogato a n. q. Francisco Bernardino Mario olim Mediolani Notario anno suis, et deinde in eosdem fratres venditores pervento in divisionibus

Inter eos, et dictum Joannem Ambrosium de Mediolano eorum fratrem initis, et dixerunt apparere Instromento dictarum divisionum rogato à Josepho Rubino et Josepho ~~[illegible]~~ Frola Mediolani Notarijs die nono Julij Prox. preteriti

Item de Iure exigendi, consequendi et habendi à dicta Comunitate et hominibus dictos annuos censum in rationem, ut supra, ab hodie in antea, ac ijs modis et formis, prout ab hodie retro per ipsam Comunitatem solui solebat ipsis fratribus Venditoribus, et antecessoribus suis

Item de Instrumento censuali, ac iuribus, et fortijs eiusdem

Item de omnibus Iuribus

~~Jus~~ Et hec omnia cum solemnibus tenore, cessione Iurium et actionum, ~~[illegible]~~ translat. dominij, et possessionis Iurium

laù quasi solenni constituto seniguati constitutione missi et Procuratoris in rem propriam positione in eorum, et cuiuslibet eorum locum Ius et statum, et cum promissione, et obligat. eorundem fratrum Venditorum, et bonorum suorum presentium, et futurorum etiam in solidum ita ut cum renuntiis infrascriptis manutenendi, et deffendendis in forma comuni et Iuris

Precio librarum mille quattuorcentum quinquaginta Imp.

Que cedunt in solutionem concurrentis quantitatis creditorum, que dictus Georgius habet contra dictos fratres Venditores ac prefatum Io: Ambrosium eorum fratrem in solidum virtute Instrumenti rogati à me Notario infrascripto

die uigesimo [illegible] 1671 presentes

Et sunt prò completa solutione pretij dicti census, ut supra venditi

Pacto quod ubi et quatenus cessaret dispositio proclamationis S. C. superinde publicatae super reductione censuum, et sic eveniret casus, quod dictus census, ut suprà venditus exigi deberet per dictum Clericum emptorem, vel in rationem convertam in suprascripto censuali instrumento, quod nihil per dictos fratres Venditores ulterius pretendi possit, sed quod cedat, et cedere habeat ad commodum, et beneficium ipsius Emptoris, quia sic

Item pacto quod dicti fratres Venditores teneantur suis expensis ad omnem requisitionem ipsius Georgij, vel consignare dicto Georgio vel

exemplum authenticum dicti censualis Instrumenti, nec non quequis alia documenta ad id necessaria prò consequutione dicti census, istinque existentia et signanter illa, ex quibus liqueat dictum censum pervenisse in ipsorum Venditorum genitorem et post eum in ipsosmet Venditores

Item pacto quod prò perpetua manutentione, et defensione dicti census ut suprà venditi teneatur prefatus Ioannes Ambrosius de Mediolano ipsorum Venditorum frater, ut suprà fideiubere, et se in solidum obligare, ut ex nunc prefatus Ioannes Ambrosius de Mediolano filius dicti quond. Alexandri P. V. P. Sancti Victoris ad Theatrum Mediolani ibidem presens fideiussit, et fideiubet prò dictis suis fratribus

Venditoribus pro dicta perpetua manutentione, et deffensione, ut supra, seque cum bonis suis & etiam ex persona sua propria et ex causa constituti, et alias omni meliori modo & principaliter, et in solidum & itaut & cum renuntijs infrascriptis, seque constituit principalem Venditorem et attenditorem & in solidum ut supra pignoris dicto Georgio presenti, et non recedenti, nec nouanti ut supra etiam sub refect.s & ——

Item pacto & quatenus opus sit quod presens instrumentum possit pluries exploni & et licet & nihilominus & ——

Item pacto in forma Aplice, ac Regie Duc. Camere Mediolani resp.e re ff.do contra d.os Venditores, et fideiussorem, et conueniendi coram quibusq Iudicantibus etiam penitus incompetens, et presertim coram DD. Executoribus ipsius Regie Camere, non tenus & Stim.

ren.tes priuilegio cuiusq fori, et legis, si conueniens ff. de Iurisdictione omnium Iudicum, et omni alij iuris, et legum auxilio certificati & et hoc etiam cum particulari Iuramento & et presens pactum extendatur amplius iuxta solitum stylum mei Notarii infrascripti cum facultate &, et constitutione & quandocunque & etiam elapso &, quoniam & et quod transeat ad heredes, et successores hinc inde ——

Quare & etiam in solidum ut supra ——

Renunciantes & Item dicti Venditores, et fideiussor N. C. Epist. Diui Adriani, exceptioniq; promissionis facti alieni, uel impossibilitatis, cedendarumq actionum &, et omni alij iuris, et legum auxilio quia scientes & nihilominus & certiorati & ——

Que omnia & ——

Facta executivam etiam contra dictum fideiussorem

Insuper iuraverunt Contrahentes, et fideiussor predicti

Instrumentum p esse verum, habereq. ratum,

et non contravenire, nec petere habilitationem,

et impetrata non uti sub ref. p.

Et quae omnia fecit dictus Georgius cum expressa

reservatione consequendi ab ipsis omnibus de

Mediolano restitutionem dicti suorum creditorum

cum damnis, interesse, et expensis hucusque

passis, et factis, et non aliter p.

Prout pariter facta fuerunt per ipsos fratres Venditores attenta eorum minori aetate cum beneficio

et dispensatione litterarum Reg. Duc. patentium

ad eorum preces dat. tenoris sequentis Ut

Philippus Quartus Dei Gratia Hispaniarum, utriusque

Siciliae Rex, et Mediolani Dux ecc. fratres

Minores de Mediolano dederunt nobis preces

sequentes Ut. Potentissime Rex, fidelissimi M.V.

servi Hieronimus aetatis annorum decem novem,

Federicus quindecim, et Bernardus duodecim fratres de Mediolano adhuc minores, tutoreque, et

curatore carentes pro iuvandis debitis a quondam

eorum genitore relictis, ac pro succurrendis necessitatibus, in quibus reperiuntur stantibus

hisce temporum calamitatibus, alienare intendunt,

seu in solutum etiam dare censum unum capitalis librarum duo milla triginta unius B. s.

quem habent cum Communitate Legnani,

Plebis Olgiati Olonae, Ducatus Mediolani, nec

non diversas petias terrae ascendentes in totum ad pertias sexaginta octo in circa sitas

pariter in territorio dicti Burgi Legnani, cum

translatione Dominij, ac possessionis, et promissione in solidum manutenendi in forma communi, et iuris, vel aliter, pretijs, pactis, modis, et formis, cum futuris Emptoribus conveniendis; verum quia obstat minor ætas supplicantium, futuri Emptores recusant ad acquisitiones prædictas devenire absque speciali M. V. dispensatione, quo fit, ut ipsi fratres minores ad illam confugere decreverint, supplicando, ut illa dignetur litteris suis patentibus edicere, decernere, et dispensare, ipsos fratres minores cum consentibus in forma posse tuto, valide, et irrevocabiliter ad dictas alienationes cum futuris Emptoribus, seu eorum Creditoribus devenire cum promissione in solidum manutenendi in forma communi, et Iuris, pretio

pactis, modis, et formis cum eis conveniendis, pretiumque compensare, seu recipere convertendum, ut supra absque eo tamen, quod futuri emptores teneantur esse solliciti, quod pecuniæ convertantur in narratas causas dicta eorum minori ætate, ac carentia tutoris, et curatoris non obstantibus, ac non obstante quod census vendatur minori pretio. Decernere prædicta omnia, postquam facta fuerint, valere, et tenere, nec eis per ipsos minores, nec alium quempiam aliquo futuro tempore contravenire, nec quicquam obijci posse, nec debere ratione dictæ eorum minoris ætatis ac carentiæ Tutoris, et Curatoris, læsionis etiam enormissimæ beneficij restitutionis in integrum solemnitatis omissæ, nec aliqua alia quavis

de causa, vel occasione etiam iuridicis incognitis, et inexcogitatis, quibusque legibus, statutis, decretis, ordinibus, Novis Constitutionibus, vel alijs quibuscumque contrariantibus, vel aliam formam dantibus, non attentis quibus omnibus M.V. ex certa scientia, motuque proprio, et de sue Potestatis plenitudine, etiam absolute derogare dignetur, quod Iuribus visis, his nostris concedimus, et dispensamus posse supplicantes Tuto et valide ad adrecitatas alienationes, ut supra devenire et pretium compensare, seu recipere convertendum in narratas causas, de qua tamen conversione volumus futuros Emptores teneri esse sollicitos, modo consentiant dicti supplicantium Agnati proximiores, sanguine iuncti, vel eis

deficientibus dicti Cognati proximiores, et ut supra qui iurent credere sic expedire, et diligenter advertant ne qua fraus subsit. Decernentes predicta sic facta valere non secus, ac si per supplicantes in etate legitima constitutos facta essent, Allegatis in premissis contrarium disponentibus non attentis quibus hac tantum in parte derogamus, in quorum fidem presentes sigillo nostro munitas fieri et registrari iussimus. Data Mediolani die secundo 7bris 1679. ——

Signatus Jacobus Magnezd et sigillatae ——

A tergo registrata in filo patentium ——

Et pro eorum observatione in presencia et cum consensu prefati Ioannis Ambrosij de Mediolano eorum fratris, ut supra, et Bernardini de

Mediolano f. q. Antonij habitans in dicto

Loco Cassani Magnaghi dictis fratribus Vendi=

toribus ad premissa consentientium, et iurans

credere ut ipsis expedire, et diligenter aduer=

tentium, prout aduerterunt, ut dixerunt, nequa

fraus subsit, et in omnibus iuxta formam dictarum

litterarum patentium ——

Et de pred. ... soluto Dacio ——

Actum in Studio mei Notarij infrascripti Domus

habitationis prefati Georgij de Clericis sita

ut supra presentibus Ioanne Baptista

Porro f. q. Iosephi habitante in dicto loco Coneri

Plebis Seveti Ducatus Mediolani, et Francisco

Viano f. q. Aluisij P. C. P. S.ti Ioannis ad

Quatuor facies Med. Pronotarijs ——

Testes Antonius Balzarottus filius quond. Innocentij

P. N. P. S. Domini ad Nazarum Med. Carolus

Carpanus f. q. Hieronimi P. V. P. S. Laurentij

in Civitate Med. ambo noti d. Georgij de

Clericis, et Hier.mus Novaria f. q. Danielis habi

tans in d.o loco Legnani notus dictis Venditoribus,

et fideiussoris omnes idoneis ——



Iacobus Philippus Bisnius publ. ... Not.

f. q. Francisci P. C. P. S.ti Ioannis ad quatuor

facies Med. de pred. rog. scrib. et in fidem

ca. ...